



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De peccatore, qui de modica poenitentia gradatim ascendit ad maiorem,  
cap. 48

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

## CAPVT XLVIII.

**P**ECATOR quidam magnus, cum pro suis peccatis nullam condignam suscipere vellet pœnitentiam, quia confessor valde prudens ac discretus fuit, ait illi: Potes pro peccatis istis magnis saltem vnâ orationem dominicam per singulos dies dicere? Respondente illo: Possum: eandem ei iniunxit. Mira clementia Dei, ita eadem oratio cœpit homini dulcescere, vt rediret amplius peteret, hocque tam diu faceret, quousque ad condignam perueniret pœnitentiã. Ad discretionem confessoris pertinet, vt pro peccatis magnis magnam, & pro paruis paruam iniungat pœnitentiam. Et quia omnis pœnitentia arbitraria est, secundum qualitatem seu quantitatem pœnæ; Misericordiam semper superexaltet iudicio, siue secreta siue manifesta sit confessio, vt idem ipse consequatur a Deo.

*Discretio  
cōfessarij*

*Iacob. 2.*

## CAPVT XLIX.

**D**OMINVS Gislebertus Abbas in Hemmenrode, tantæ fuit misericordiæ, vt si aliquando quis monachorum, siue Conuersorum coram eo proclamatus fuisset in capitulo, & ille, neglecta virtute patientiæ, extra se fieret, infirmitati illius compassus diceret: Bone frater, vade modò sedere, & cras eandem culpam recognosce. Qui datis inducijs, ad tranquillitatem animi reductus, & de commotione verecundatus in crastino redijt, seque peccasse recognoscens, duram pœnitentiam multa patientia suscepit. Quantum etiam boni conferat pœnitentibus confessoris affabilitas, sequens declarabit exemplum.

## CAPVT L.

**S**VPRADICTVS Decanus Bonnenſis, cum tempore quodam Quadragesimali sedens in ecclesia sancti Martini, in qua erat plebanus, audiret confessionem cuiusdam vetulæ, vidit eminus contra se duos ex parochianis suis in fenestra sedere, & fabulis vacare. Ex quibus vnus erat vsurarius, alter verò homicida manifestus. Vetula recedente, cum accessisset ad eum

*Affabili-  
tas cōfes-  
sarij.*

COM-